DISPUTATIO JURIDICA
DE
URISDICTIONE,

Quam

PRÆSIDE

Magnifico atque Nobiliſſimo

VIRO,

N. NICOLAO CHRISTO-
PHORO LYNCKERO,

Cto celeberrimo, Sereniſſimorum Ducum
axon. Conſiliario, & Conſil. Eiſennacenſi Aulico excellentis-
ſimo, Facultatis Juridicæ Seniore, Curiæ item Provincialis
ac Scabinatus Aſſeſſore graviſſimo,

*Dn. Patrono ac Præceptore ſuo æter-
num venerando,*

In Auditorio JCtorum die 29. Mart. publi-
cæ eruditorum cenſuræ

exponit

OAN. WILHELMUS ITTER,
Mœno-Francofurtenſis.

TECA NAZ. ROMA

JENÆ
TYPIS SAMUELIS KREBSII,
ANNO M. DC. LXXIX.

B. C. D.

APHOR. I.

DE cauſis *Civilibus* * ſtatuendi *Poteſtas* vel *immediatè à Lege* defertur, vel *Jure Magiſtratûs*. *Illa EXTRAORDINARIA* ** *eſt JURISDICTIO*, & vel *ſimpliciter* vel *modô quôdam* talis eſt. Equidem *poſterior* ſpecies ea continet, quæ cùm Majori in Urbe Magiſtratui jure Magiſtratus *** competant, Minoribus & Provincialibus non niſi Lege conferuntur. Atque eò non ſolùm poteſtas dandi judicis, ſed & Legis actiones **** & quæcunq; *Jurisdictionis* ſunt VOLUNTARIÆ, ***** referuntur.

* De *Criminalib.* infrà. *Eccleſiaſtica* alibi exhibetur. vid. Orig. ejus & progreſſu ap. Pontificios, & cur in terris Saxon. tam ampla *Conſiſtor.* reddita fuerit jurisdictio: Dn. Ziegler. *d. Dote Eccleſ. c. 12. §. 22. ſeqq.*

** Aliud eſt, eſſe quid *cognitionis extraordinariæ*. Nam & hujus eſſe poſſunt, quæ ordinario Jure Magiſtratûs competunt.

*** *Specialis*, ut Præturæ, Præfecturæ Urbi, *arg. l. 1, l. 3. de Tut. dat.* Vinn. *d. Jurisd. c. 8. §. 11.* (Quanquàetiam nonnulli minùs plenã habuerint. *Nov. 15. c. 3.*) Sed quòd iſta Magiſtratibus illis jure *Magiſtratûs ſimpliciter* competant, probari non poteſt. Nimirùm Magiſtratui huic, *quà tali* competunt, indeque manent Jdict. extraordinariæ. *l. 5. §. 9. d. reb. eor. l. 8. §. 18. d. transact.* Nec mandari poſſunt. *l. 1. pr. d. off. ej. cui mand. eſt jurisdict.* (Non Obſt. *l. 17. §. 1. d. Manum. vind.*) Atque Magiſtratui etiam tali jam *conſtituto ſupervenîunt*, id quod eſt *Lege* tribui.

**** quales in ſpecie ſunt adoptio, manumiſſio vind. & emancipatio. *l. 4. ff. l. 1. C. d. adopt. junct. l. 1. d. off. Jurid.* conf. Scip. Gentil. *Lib. 1. d. Jurisd. c. 34.*

***** cujus appellatio vice tantùm ſimplici occurrit in Legib. *l. 2. pr. d. Off. Proconſ.*

2. Sed *hodiè* ea quæ Voluntariæ Jurisdictionis ſunt, omnia competunt illis, qui *Jurisdictionem inferiorem* irreſtrictam habent, (Berlich. *3. Concl. 4. num. 43*, Carpz. *3. Jpr. for. 3. 13. & 21.*) atque

ordinario Magiſtratûs officio adhærent: imò *Sculteto & Scabinis*,ſi qui in pagis juriſdictione polleant, non minùs debentur: Idem *def.3. num.5.ſeqq.* Berlich. *1. Dec.93. num.5.ſeqq.* Unde conceſſâ Jurisdictione & ipſa conceſſa eſſe intelliguntur: Ruland. *P. 4. Lib. 2.d. Commiſſ. c.17. num. 42.* atque mandari utique poſſunt. Lauterbach. *Exerc. V. concl.3.*

3. Velut autem ea quæ hujusmodi ſunt, neque peragi *ap. parem*(*l.14. ff. d. Manum. l. 18. §. 1. d. Manum. vind.*) neque adeò in eum, vel inferiorem, *prorogari* poteſt voluntaria Jurisdictio; * Ita etiam per Procuratorē *mt. partium* perfici non poterunt illi actus, qui *Legis actiones* in ſpecie dicuntur. *l. 123. d. R. j.* ** Quòd verò *de plano*, item *die feriatâ**** expediri poſſe dicuntur ea quæ Jurisdictionis voluntariæ ſunt; **** non niſi de illis verum eſt, quæ *cauſæ cognitionem* non deſiderant; ut ſunt regulariter Adoptio, Emancipatio, Manumiſſio per vindictam, Teſtamenti, item Donationis inſinuatio. (Non O. *Nov. 15.c.3.*) Edictalis Bon. poſſ. Secùs in cæteris, ***** (& cumprimis ubi præjudicium tertii vertitur.) ut in Arrogatione præſertim impuberis, Manumiſſione à Minore XX. annis. Tranſactione ſuper aliment. Teſtam. relictis, Alienatione prædiorum Minoris, Unione prolium, Inſinuatione hypothecæ.

* *Diſſ.* VViesenbach. *b. x. th.37.*

** Aliter in cæteris, ut de inſinuatione donationis Carpzov. *V. Reſp. 56. n. 24.*

*** *Vid.* Fontanell. *clauſ. 1. d. Pact. Nupt. n.56. ubi diſt.*

**** Sanè non omnia quæ *de plano* expediuntur, ſunt Jurisdictionis voluntariæ. *l.9. §.3. d. off. Proc.* Carpz. *3.3.13.*

***** Nec enim rectè Carpzovius *IV. Reſp. 31. num. 20. ſeqq.* quòd eā quæ cognitionem cauſæ requirunt, ad jurisdictionem voluntariam referri non poſſint: (*Vid. l. 8. pr. d. Transact.* Sed *conf.* Eund. *Tit. 2. Proc. art.1. §.3. n.31.*) quinimò etiā *Decretum* ſæpè in his quæ poſterioris ſunt generis intervenit.

4. Similiter *extrà Territorium* Voluntariam Jurisdictionem atque coram Judice incompetente exerceri poſſe, in illis ſolùm procedit, quæ cognitionem cauſæ non poſtulant; * non etiam in cæteris: ** ut nec hæc ipſa in eos valent, qui *forenſes aut jurisdictioni noſtræ ſubjecti non ſunt*; cumprimis *hodiè.*

* ita rectè Hilliger. *L.17. D.E.c. 8. lit. S.* & Franzk. *1. reſol.17. num.93. arg. l. 5.*

l. 5. §. 12. d. reb. cor. l. 16. d. prædiis Minor. Alii variè. Quomodo autem Juriſdictio volunt. *Eccleſiaſtica* extrà territorium exerceri poſſit, nuper expoſuit *Felician.* d. Oliva *P. 3. qu. 10. de Foro Eccleſia.*

* Niſi etiam in horum uno alterove *ſpeciali* jure aut ſtatuto diverſum introductum ſit, *arg. l. 30. 31. C. d. Donat.*

5. Ulterius ea quæ cognitionem cauſæ requirunt (Vol. Juriſd.) coram ſe Magiſtratꝰ *in propria causâ* exercere non poteſt. *l. un. §. f. d. off. Coſ. junct. l. 20. §. f. d. Manum. vind.* Rick. *d. Union. Prol. c. 9. num. 14.* Ut nec ea quæ cùm in tertii præjudicium vergere poſſint, præter authoritatem atque confirmationem Magiſtratûs *etiam publicam fidem* exigunt: ut ſunt, donationis, item teſtamenti inſinuatio, apertura teſtamenti, confirmatio cotractûs, tutelæ, oblatio pecuniæ in judicio, hypothecæ confirmatio.* In reliquis enim, quæ nec fidem eam deſiderant, nec etiam cauſæ cognitionem, Magiſtratus v. c. Nobilis, etiam irrequiſitô Actuariô ſuô, rectè verſatur.**

* ne ſcil. rem plurib. ſimul ſupponere poſſit Magiſtratus debitor, aut ipſe ſibi creditori potiorem queat efficere cauſam pignoris: quanquam *in Ditionibus Saxon.* in cauſa Nobilem v. g. concernente fideliter verſari credantur *Scabini & Actuarius.* Deciſ. Elect. 38. indeque ſaltim non ipſe Nobilis oppignorationem actis inſerere poſſit. Carpz. *4. Reſp. 31. n. 28.* Cumprîmis autem hæc admitti in oppignoratione neceſſarium fuit, ſiquidem illa niſi coram immediatè ſuperiore, ſub quo bona ſita ſunt, non valet. Philipp. *ad d. Dec. Obſerv. 1. num. 22. ſeqq. &* Carpz. *1. Dec. 64.*

** *dict.* Dec. Elect. *conf.* Ziegler. *ad Prax. Calvol. §. Nobiles. num. 41. ſeqq.* ubi de *Teſtamento inſinuato*, in quo ipſe Nobilis hæres inſtitutus eſt. De *apertura* v. cujusl. *teſtamenti*, quando in foro Sec. & quando in Eccleſ. fieri debeat, diligens eſt tractatio *Felician.* d. Oliva. *d. qu. 30.*

6. Quanquàm verò diſtinctio illa Juriſdictionis in voluntariam & contentioſam, *generis* in ſpecies eſſe quibusdam videatur.* *Univoci* tamen in univocata non eſt. Imò ſi ſtrictè voluntariam accipias, ea cum contentioſa non utique omnem poteſtatem de Civilibus ſtatuendi exhaurit: Non etiam *mixta* datur juriſdictio,** ſeu quæ ex voluntaria & contentioſa quid participet: Licèt nonnulla reperiantur, quæ ad voluntariam Juriſdictionem non niſi *reductivè* pertineant: Quod verò *dationem Tu-*

 to-

toris concernit, eam meritò *voluntariæ Jurisdictioni* vindicamus: *** neque ea per hoc contentioſæ (atque adeò ordinariæ) adſcribenda eſt, quòd invitum cogi, ejusque excuſationum cauſas expendi, ſive coram dante, ſive coram ſuperiore Magiſtratu, oporteat: **** Num enim non in aliis quoque actibus voluntariæ jurisdictionis contentiones quædam ſuboriri aliquando poſſunt? qui tamen naturâ ſuâ per hoc non excidunt, nec ad diverſos Magiſtratûs producuntur. Quin potiùs ipſa diſceptatio vi ejusdem extraordinariæ poteſtatis expedienda eſt.

* 5. Obrecht. *d. Jurisd. c. 2. n. 2.*

** *contrà quàm* Donell. *2. Comm. 17.* & Sutholt. *Aphor. 332. d. Jurisdict.*

*** *l. 6. §. 2. d. Tutel. l. 19. §. 1. d. Tut. & Cur. dat. §. 5. Inſt. d. Attil. Tut.*

**** *l. 17. §. 1. d. appell. l. 4. d. excuſ. tut.* ut Vultej. *Lib. 1. d. Judic. c. 4. n. 21.* & Carpzov. *Tit. 2. Proc. art. 1. n. 41. ſeqq.*

7. Ad hæc notandi ſunt non immeritò, qui *Legitimationem* Liberorum naturalium ad voluntariam Jurisdict. referunt. Neque enim ea eſt Jurisdictionis, ſed *Majeſtatis*, (ut rectè Vinnius *c. 6. §. 6.*) aut *ſuperioritatis*, quà effectus intrà Territorium quæritur. Sicuti nec eorum *confirmatio*, quæ vel *gratiæ vel ſtatûs* ſunt, ad *Dicaſteria*, ſed ad *Principem* pertinet. * Quid verò, quòd *Perhorreſcentiæ juramentum* inter actûs contentioſæ jurisdictionis recenſeri videamus? nempe quia judicem invitum concernat. ** Num igitur procuratoris conſtitutio voluntariæ eſt jurisdictionis, quòd ad præceptum judicis quis eum volentem ad cauſam deputet? Num juramentum, quod lubens quis ſuſcipit, actus voluntariæ jurisd. & propterea purgatorium v. gr. ideò tantùm quòd neceſſario quis illud ſubeat, contentioſæ jurisd. eſt? An potiùs *Magiſtratus* jurisdictionem impertit, indeque adoptio non eſt actus jurisdictionis, niſi quà Magiſtratum attinet. Planè, non *præſtatio* juramenti, ſed *impoſitio* jurisdictionis eſt.

* Mev. *3. Dec. 149.*

** Feltmann. *cap. 2. d. Juram. Perhorr. n. 5.*

8. Quæ verò *Jure Magiſtratûs* Poteſtas competit, illa demum propriè dicta eſt Jurisdictio. Atque hæc in *ſummâ* quidem *Poteſta-*

ſtatè, ſive ſimili, non reſidet *formaliter*, * ne inſtrumentum ſui ipſius inſtrumentum eſſe dicatur. Ineſt autem Jurisdictioni, tanquam potentiæ ſuæ virtus, ſeſe quando opus eſt exerens, *MIXTUM IMPERIUM.* (Ut tamen dentur, quæ ſint *magis Imperii* quàm Jurisdictionis, eaque Magiſtratui majori debentur; aliqua *magis Jurisdictionis* quàm Imperii. **) Et ſic ergò eadem ſunt non tantùm in unitate ſubjecti & concretivè, verùm ratione potentiæ, è qua mixtum Imperium pro modo exigentiæ egreditur. *v. l. f. §. 1. d. Off. ej. cui mand. eſt Jurisd.* *** Unde quicquid faciunt Magiſtratûs Majores, etiamſi in actu exercito negotium nil Imperii involvat; jure tamen Imperii facere dicuntur, quòd penes eos magis ſe exerit. Quanquam verò *Th.* Michael. *ap.* Klock. *1. Conſ. 29. n. 706: ſeqq.* à poſſeſſione Jurisdictionis ſimplicis ad jus coercendi, ſive mixtum Imperium, non protinus inferri poſſe tradat. Tamen iſtud potiùs de *gradu* mixti Imperii verum eſt; quippe quòd ne hodiè quidem ulla detur jurisdictio, in qua non aliquid ſaltim Imperii ſupponendum ſit. Interim ad imperium illæ, quibus olim *Judex Pedaneus* **** ad expediendam notionem ſuam utitur, directiones non pertinent.

* quin & Jurisdictionis ſpecies, *quæ in regalia* cætera incidunt, ut *Foreſtalis*, eminenter in Principe radicantur: quà verò per Miniſtros exercentur, ita non poſſunt dici, (reſpectu horũ ſc.) plus eſſe quàm Jurisdictio, & ad regalia pertinere. Ita *expl.* Meichſner. *P. 2. Dec. 2. n. 3.*

** & hoc modò Magiſtratûs Municipales quibus fruſtrà hodiè Urbicos compares in Provinciis, Imperiò (majori nempe) deſtituti leguntur. *l. 26. ff. ad Municip. l. 32. ff. d. injur.*

*** Malè Perez. *num. 20. C. d. Jurisd. omn. jud.* quòd inſit Jurisdictio Imperio tanquam ſpecies, non tanquam genus. Etenim mixtum & merum Imperium totô genere differunt, nec Imperio Jurisdictio, ſed huic illud ineſt.

**** qui ne quidem nominetenus jus dicebat. Eſt enim cumprimis *jus dicere*, præſcribere, dictare *l. 46. d. V. S.* Gudelin. *V. d. Jure Nov. c. 13. pr.* Jus tantum ad factum applicare, & ſententiam ferre judex poterat. *arg. l. 74. de Jud. l. 5. d. re jud. l. 1. C. Si contra jus vel util. publ.* (*Diſſ.* quoad hoc Menoch. *1. Arb. 37.*)

9. *Privatus* Jurisdictionis capax non eſt, & quà hodiè cum Territorio acquiritur, ita acquirens in *perſonam publicam* non quidem

ut

ut Magiſtratus, ſed qui ob patrimonium poteſtate *Jure multò magis propriô* fungitur, evadit: **exercitium* ſolùm Jurisdictionis ut privatus quis habere poteſt; *l. ult. ff. d. off. ej. cui mand. eſt Jurisd.* Hillig. *Lib. XVII. c.7. R.* & ne tunc quidem Magiſtratus fit, quando *univerſitas cauſarum* ei mandatur. ** Quid de *Sculteti[s] pagorum*? Miniſtri tantùm exſecutionis ſunt, & vice illius funguntur, cujus eo in loco Jurisdictio eſt; ipſi Jurisdictione omni carent. (Berlich. *1. Dec. 93.* Carpz. *1. Reſp. 99.* D. Richter. *1. Dec. 28.*) *** Similiter eos, qui *ad jura ſua tuenda*, quæ ipſis quotannis à ſubditis penduntur, coercitione uti poſſunt, (die den Dienſtzwang haben/ v. Mev. IV. Dec. 246.) *Magiſtratibus* minùs rectè accenſeas. Superiores ſcil. ſunt, nec omni charactere publico deſtituti, quô quidem ex conceſſione Magiſtratus in eo loco gaudent: neque etiam in commune bonum eô defunguntur.

* Sed per hoc quòd Jurisdictionem quis habeat patrimonialem, verè *Nobilis* non fit: (utut Nobilibus plerumque ob hoc, quòd Jurisdictio utpl. Feudo Nobili inhæreat, quoad nonnulla accenſeantur.) *Aliter ac* Paurmeiſterus *L. 1. d. Jurisd. c. 29. p. 200.*

** Ita etiam *merum Imperium* privato concedi potuit, *l. 1. §. 1. ad L. Corn. de Sicar.* Aſt hoc ne quidem *Magiſtratui* ut tali datur. Characterem itaque publicum habebit ejusm. privatus, quoadusque Imperio illo defungitur. *l. 2. §. 33. d. O. j. l. 1. pr. d. Off. ej.* Goedd. *in l. 131. §. 1. d. V. S.*

*** Nunquid ergò Teſtamenta illis tutô inſinuabuntur, quod *D. Tabor* opinatus eſt? *c. 5. d. Teſt. Pr. obl. §. 6.* Nequaquam. junge Carpz. *3. 3. 21.*

10. Sed *Collegiis Opificum* communiter Jurisdictionem tribui videas. * Nec tamen in eâ, quam ad hoc citant, *l. ult. C. d. Jurisdict. omn. Jud.* aliud habetur, niſi quòd is, qui eſt de Collegio aliquo licito, judicem peculiarem habente, conveniri poſſit, de negotio ad profeſſionem ſeu negotiationem illius Collegii pertinente, coram Collegii Judice; ita tamen ut in arbitrio actoris ſit, eum vel coram illo ſpeciali Collegii Judice, vel coram Jud. Ordinario, convenire, ut coram uno conventus hujus forum declinandi & ad Judicem alterum revocandi poteſtatem non habeat, ſub prætextu alicujus militiæ aut dignitatis. Quòd verò liceat Collegiis Judicem ſibi eligere, qui in cauſ. Colle-

legii Jdictionem habeat, in eâ Conſtitutione non habetur: Et nec *hodiè* obtinet, niſi ejus rei ſpecialem poteſtatem acceperint, quâ ratione Jurisdictio concedenti debebitur, non eligentibus; atque electo licèt non illi *mixti Imperii gradûs*, qui publicam coercitionem habent, tamen *non omninò nulli* competunt. **

* *ap.* Knipſchild. *L.V. d. Jurib. Civit. Imper. c. 2. n. 18. ſeqq.* Carpz. *2.6.9.* Mev. *V. Dec. 255. & al.*

** Unde cùm Collegiis mulctandi poteſtatem tribueret *Mevius d.l.* non ſimpliciter mixtum Imperium illis denegare debebat.

11. Exercet Jurisdictionem Magiſtratus vel ipſe, tum *extra ordinem cognoſcendo*, tum *judicem dando*: aut eam *mandat* aliis. Ita ſæpiùs ex *prorogatione* * in alios, quàm qui ejus ſubſunt Jurisdictioni. Quòd ſi autem quis jurisdictionem habeat *non prorogabilem*, i.e. non eam, quæ incompetens, ſed quæ *vetita* eſt, tunc verò ad eum provocans *actor* cauſâ mulctatur, itemque *reus*, ut rectè *Legem 5. C. d. Jurisd.* expoſuit *Steph.* Gratianus *Deciſ. 78.* item Carpzovius *Lib. 2. Reſp. 38.*

* de quâ *ampliſſ.* Scaccia *d. ſent. & re jud. gl. 7. qu. 2. ſeqq. item* Felician. d. Oliva. *d. Tr. Part. 3. q. 14.* Nullibi v. *expreſſè* mentio fit prorogatæ Jurisd. in Legib. Juſt.

12. Prorogatio tum *ſpontanea* eſt, tum *Legalis*. *Spontaneam* * conventione fieri minùs aptè dicunt. Nec enim *pacto* jurisdictio tribuitur: aut ex *ſtipulatu* naſcitur alia, quàm ejus *quod intereſt*, obtentio. Verùm ſi ad prorogandum judex adeatur, litisve fiat conteſtatio *l. 4. C. d. Jurisd.* ** Imò quamvis litis conteſtatio non fiat, ſed tamen *exceptiones* opponantur *dilatoriæ*, *** *omiſſis declinatoriis. l. 52. pr. ff. d. Judic.* Aut ſi opponantur *declinatoriæ* & tamen deinde reus compareat, nec in actu ſingulo de illis proteſtetur. *Ludov.* Poſth. *Deciſ. 643. n. 10. ſeq. poſt Tr. d. Manut.* Neque tamen per hoc prorogatur, ſi quis *judicio ſiſti caveat*, aut *Libelli* petat *copiam*; ſc. tunc prorogationem factam eſſe cenſemus, quando quid intervenit, ex quo colligi poſſit, quòd quis Jurisdictioni alterius ſe ſubjicere voluerit. Hinc non ſimpliciter recipiendus eſt Carocius *Tr. de Remed. adv. ſent. præjud. Exc. 22. qu. 24.* quando *per cautionem judicatum*

rum ſolvi jurisdictionem prorogatam non eſſe docet: quaſi ſolùm hoc in quantum de jure intelligatur.

* fit ea voluntate partium. Sed ita tamen *voluntaria* non eſt, quia objectum ejus eſt contentioſum. ' Varias ejus *ſpecies* recenſent. Duas probamus, *de Perſona ad perſonam*, ſeu de Jurisdictione ad perſonam, & de perſona ad Jurisdictionem, ut mavult *Gratianus d. l. n. 1.* & *de Re ad rem.* Sed non ut *de loco ad locum*, aut *de tempore ad tempus*: Vinnius *1. ſel. qq. 4 & de Jurisd. c. 10. num. 8. ſeqq.* de quibus tamen v. *latiùs* Scacciam *gl. 7. qu. 4. ſpec. 1. & 2. d. ſent. & re jud.*

** per quam unicè poſſe fieri prorogationem putat Faurmeiſterus *Lib. 1. c. 27. d. Jurisd. num. 18.* non etiam per oppoſitionem Except. dilat. ſiquidem adhuc antequam Litis fiat conteſtatio, de incompetentiâ objici poſſit. Videlicet Reſp. niſi judicem jam probaverim. Et ſanè Litis conteſtatio vel maximè partem, ipſumque judicium reſpicit; Judex jam probatus eſſe potuit.

*** Ita etiam Bachovius *I. d. Actionib. th. 28.* (contrà quàm *poſt Veteres nonnull.* Gail *&* Mynſingerus.) ſimiliter Buſius *ad l. 18. ff. h.* & qui eum recipit Brunnemannus: ubi tamen quod addit: hodiè, ubi *juxt. Rec. Imper.* litem conteſtari oporteat *eventualiter* in primo termino, quæſtione hac non opus eſſe, neutiquam probaverim: quippe quòd per ſuſpenſionem in eventum omnia in ſalvo poſita eſſe exiſtimentur. Equidem malè Ummius *Diſp. 4. num. 102. ſeq.* quòd per quemlibet actum coram judice geſtum prorogatio inducatur. Neque enim hoc vult *l. 18. h.* & imò ipſe fatetur, *uſum fori* ſibi adverſum eſſe.

13. Quòd ſi quis in *judicem* quidem *ſuum* conſenſerit, quem tamen propter *privilegium fori* declinare poterat, tunc quidem coram ordinario conventus & exceptionem privilegii objiciens, per replicationem pacti removetur: (quamvis litem ita non conteſtatus ſit.) *l. pen. C. d. pact.* Aliter ac ſi judex planè non ſuus fuiſſet, nam ita ut inter judicem & partem (non etiam ut unicè inter partes,) quid ageretur, ad prorogandum neceſſariũ fuerat. *l. 18. ff. d. Jurisd.* * Hinc ſi placuerit, quem conveniri poſſe, *ubicunque fuerit deprehenſus*, omninò *per arg. d. l. 18.* reſilire poteſt, ſaltim ut ad intereſſe teneatur; niſi promiſiſſet *dare ſolvere*, ubi inveniretur. Nam tunc ibidèm ubi ſolvere promiſit, contraxiſſe videbitur, & ne hodiè quidem, ubi jurisdictio patrimonialis eſt, cauſa avocari poterit. Cæterùm velut prorogatio *invitô judice* non inducitur: Gratian. *Dec. 78. num. 52.* puta quandò aliàs ipſe *ordinarius* non eſt. Ita quando privi-

le-

legiatæ inſtantiæ partes renunciant, ſolus earum conſenſus ſufficit, nec ſcientia ordinarii requiritur: Bocer. *d. Juriſd. cap.7. num.37.* (id quod in Auſtregis apparere poteſt.) adeò ut ne quidem ipſe prorogationem inhibere aut repellere valeat. *Matth.* Stephan. *Lib.1. d. Juriſd. c.25. n.46.*

* Minùs idonea eſt illorum diſtinctio, qui *in l.18.* de pacto nudo, *in l.pen. Cod.* de adjecto agi docent, *ut* Cujac. *ad African.* Goveanus *& alii.*

14. Velut autem Proceſſus coram *incompetente* Judice citrà prorogationem eſt ipſo jure *nullus*, ita ut ne quidem per *ratihabitionem* Judicis competentis invitâ parte validari queat. (Abbas *1. Conſ. 25.*) Ita prorogatio ad *diverſi generis* formæve cauſas, velut à civili ad criminalem, (Vinn. *cap. 2. d. Juriſd.*) fieri non poteſt, *l. 61. §. 1. d. Judic.* nec *limitata* produci ad cauſas alias. Boer. *Dec. 227. num. 12.* Surd. *Dec. 88. num. 30.* Nempe ubi jurisdictio poteſtasve non eſt, eò per privatum tribui nequit, Paurmeiſt. I. *c. 25. num.36. ſeqq.** An autem *cauſæ qualitas generalis* & ſumma ſufficit, (velut quà civilis alia dicitur Jurisdictio, alia criminalis,) ut prorogari poſſit. Ita Vultejus *ad l. 1. C. d. Juriſd. omn. Iud.* quem *ibid.* Brunnem. *& al.* recipiunt, juxta quos ſi *qualitas ſpecialis* alia ſit, jurisdictionem civilem hanc ad civilem cauſam diverſæ ſpeciei prorogari nil impediet; modò aliàs perſonæ Magiſtratui illi ſubjectæ fuerint. At verò quomodo ad poteſtatem prorogabitur à privatis cognitio, quam poteſtatem magiſtratus non habet? Potiùs civilem jurisdictionem ne quidem ad civilem diverſi generis prorogari poſſe, aſſerendum eſt: Eaque ſententia non minùs *dictæ Legi 1.* convenit, & fatente *ipſo* Vultejo *n. 107.* uſu recepta eſt.

* Non O. *l. 15. l. 17. ff. h l. 1. d. Judic.* Nam uterque Prætor ſuper iisdem cauſis jus dixit. *l. 1. §. 28. d. O. J.* Non etiam *l. 1. C. d. juriſd.* quippè quòd ex ea non probetur, *Rationalis* jurisdictionem ſuper cauſis aliis, quàm de quibus inter Fiſcum & privatum, (v. c. ſuper debito ex contractu,) judicavit, prorogari potuiſſe.

15. *Delegata* ad univerſitatem cauſarum Jurisdictio* prorogari poteſt; non poteſt, ſi pars Jurisdictionis delegata ſit. *cap. 32. & 40. x. d. off. & pot. Jud. del.* Vinn. *cap. 10. §. 6. junct.* Umm. *Diſp. 4. ad Proc. num. 95.* Poteſt etiam prorogari *voluntaria*

juriſdictio. Vultej. *ad l. 1. C. d. Juriſd. num. 75.* Scacc. *gl. 4. d. ſent. & re jud. qu. 2. num. 13.* modò eand. ſpeciem jurisdictionis habeat Magiſtratus inter aliquos. Gratian. *dec. 78. n. 21.* In foro tamen *Eccleſiæ* non admittitur, niſi conſentiente Epiſcopo. *juxta* Felic. d. Oliva *p. 3. d. For. Eccl. qu. 30. n. 30.* *Merum* verò *Imperium* prorogari non poteſt, ſive quòd nunquam illud jure Magiſtratûs competat, ſive quòd de eo Legis permiſſio non extet, nec adeò in privatorum arbitrio eſſe debeat, in cauſâ publicâ Judicem deligere. ** Ulteriùs quoad *Feudi* cauſas prorogare vaſallus Jurisdictionem alterius non poteſt; (Græven. *ad Gail. concl. 40. conſid. 1. num. 2.*) niſi ſuper poſſeſſione rei feudalis, ut docet Ummius *d. Diſp. 4. num. 92.* Quanquam verò *Juriſdictionem Eccleſiaſticam*, velut amplior, & quæ habitu ſecularem contineat, ad cauſas fori ſecularis prorogari poſſe; *Scaccia* velit, *qu. 19. de Appellat. rem. 1. concl. 2. num. 26. &* Vivius *Lib. 1. Dec. 125.* Tamen ſecularis ad Eccleſiaſtica prorogari non poteſt, ne quidem ad cauſas *matrimoniales*. Carpzov. *Lib. 2. Jpr. Conſ. def. 223. & Lib. 3. def. 21.* Equidem *Clericus* ne quidem conſentiente Epiſcopo ſuo jurisd. ſecularem ***prorogare valet, aliter ac Civili Jure. Eſſe enim Clericos *Imperatorum* beneficio demum exemptos, verius eſt. E quo, niſi *renunciârint*, (quod poſſe eos *Juſtinianea Conſtitutio in l. 51. C. d. Epiſc. & Cler.* & ſimul illud arguit, quòd ordini quidem, ſed tamen ùt ſingulis in eô, tributa ſit exemptio,) remedium habent Nullitatis, & plus adeò præſidii, quàm ex *Anteriorum Impp.* Legibus. *v. l. 33. §. 1. eod.* Neque etiam aliud volunt *Canones Apoſtolorum*, quamquam & ipſi ſuppoſititii, & ſecutarum inde *ſynodorum*, quàm quod *I. ad Cor. 6.* Apoſtolus, ut non tantùm Clerici, ſed & cæteri quoque Chriſtiani mundano Magiſtratui moleſti non eſſent, ut habet *Can. V. Synod. II. in Epit. Canonum Harmenopuli*; *Tit. V.* Nimium enim quàm ſynodis abutitur Pontifex *in c. 12. x. d. foro compet.* **** Utique Studioſus alterius Magiſtratûs jurisdictionem præter Rectorem hodiè prorogare non poteſt. Scip. Gentil. *2. d. Juriſd. c. 17.* & M. Steph. *L. 3. p. 2. c. 12. n. 51.*

*l. 1.

* *l. 1. ff. d. Judic.* ibi: *Vel aliam Jurisdictionem.* mandatam intelligunt comm. Aliter Feltmann. *c. 21. d. J. in re & ad rem. §. 77. ſeqq.* de ea quæ non quidem *pro tribunali* loco editiore exercebatur, ſed quæ erat penes Magiſtratûs, qui *in ſubſelliis* jus dicebant.

** *Diſſ.* Brunnem. *ad l. 7. C. d. Epiſc. aud.*

*** ſed an in Epiſcopum non ſuum? v. Scacc. *d. ſent. & re jud. gl. 4. q. 3. Lim. 1.*

**** *conf.* Umm. *d. l. num. 91.*

16. Nunc quando *in patrimonio* eſt jurisdictio, eô jure nos uti docent, ut non niſi *Legalis,* quæ reconventione ſc. fieri poteſt, Prorogatio admittatur: quod verum eſt, ſi *diverſa territoria* & *diverſas* in eodem Territorio *jurisdictiones patrimoniales* ſupponas. Nam in eodem Principatu v. c. (ut olim in Imperio,) non minùs tota prorogationis ſpontaneæ doctrina quotidiè exercetur, quà nimirum Principis, coram quo Collegiorum ſuorum quis conveniatur, non intereſt; vel etiam quando ne foro renunciare poſſint, in favorem ipſorum, & non publicum, conſtitutum fuit: ſecus & cumprimis exterum forum prorogantes * mandatis pœnalibus, etiamſi in cauſa concluſum fuerit, avocantur. Equidem *Legalem* ** quoad cauſas etiam *Feudales Regalem Dign.* annexam habentes *coram Auſtregis* locum habere poſſe, primus aſſeruit *Mylerus Part. II. ad Rumel. Diſſ. 1. Cor. 6. Addit. pag. 267.* Sed & primus eſt, à quo in eo recedi oporteat. Quid verò in cauſis aliis, quarum jurisdictio ad *Auſtregas* pertinet? Mirè ſe torquent Authores. Arbitrer tamen, I. II. & IV. caſum juri communi relinquendum, ſicque in iis regulariter prorogationem admittendam eſſe. Tertii autem ſeptimam & octavam, quam vocant, *viam* expreſſâ eximit Conſtitutio. Sed in *prima* & *ſecunda* Prorogationem largitur *Blumius Titul. XXVII. Proc. Cam. n. 145.* Viriliter, aſt non veraciter. Ut adeò *Schubhardum* (*c. 7. num. 4. d. Auſtregis.*) eandemque in his viis, quæ in ultimis illis elucet, rationem ſequi malim. Quid de *Clericis?* Prorogari in eos poſſe Jurisdictionem ſecularem per reconventionem plures docent. Sed tamen variè iterum diſtingui oportet. *vid. præ cæteris* Ummiũ *Diſp. 10. ad Proc. num. 8.* Illud certum eſt, ſi ſuper *cauſa* reconventio-

tionis inter ſubjectos ſuos jurisdictionem non haberet judex, fruſtrà de prorogatione ejus per reconventionem quæri. ***

* Sunt qui ſpeciem Prorogationis eſſe putant im Gaſtrecht/ inter peregrinos. (*Vid.* Brunnem. *ad l. 18. ff. d. jurisd. n. 3.*) Et tamen nemo Prætorem v. c. peregrinum ex prorogatione cognoviſſe dixerit. Sed an *arreſtum* prorogationem inducit? *Ita* Mevius *Tr. d. Arreſt. c. 15. num. 44. c. 25. num. 98. ſeqq. & 1. Dec. 243. 3. D. 56.* cui tamen non acceſſerim, ſi Arreſtum *quà tale* reſpicias. Nec quodlibet *Forum extraord.* prorogatum dixeris: quanquam nec Beſoldum *5. conſil. 226.* ſimpliciter probare poſſim, quando indiſtinctè *cauſam principalem ad Ordinarium remittendam eſſe*, tradit.

** conf. de foro *Reconventionis* extenſè Olivam. *P. 3. qu. 31.*

*** Non obſt. *l. 3. C. d. Judic.* ad quam Scacc. reſpondet *gl. 7. d. ſent. & re jud. qu. 4. ſpec. 3. num. 77. ſeqq.* Ultra *ſummam* tamen ſeu *quantitatem* conventioni præfinitam prorogare licet: per *l. 11. §. 1. ff. d. Jurisd. & l. 74. §. 1 d. Judic.*

17. Porrò & ſententiam ſuam *exequi* valet Prorogatus. Neque enim admittendum eſt, quòd ſententiâ latâ prorogata jurisdictio expiret: quippe quòd per prorogationem Jurisdictio nec alteretur nec mutetur, ſed ſolummodò reddatur amplior: indeque licèt prorogatus *nullum eſſe proceſſum* pronunciaverit, tamen cauſa coram illo de novo agenda ſit: Scacc. *gl. 4. qu. 1. num. 20.* ipſeque de ſententiæ ſuæ nullitate iterum cognoſcere & judicare valeat. *juxta* Guid. Papæ *Deciſ. 463. Appellatur* etiam ad ſuperiorem prorogati Judicis. *per d.* Scacc. *quæſt. 3. Lim. 1. num. 112.* Qui tamen quando in cauſis appellationis prorogationem valere docet *quæſt. 2. num. 17.* ſimpliciter probandus non eſt. Schvvanm. *Obſ. 15. n. f.* Siquidem Appellatio ad Judicis à quo ſuperiorem nî fiat, effectu facilè deſtituitur. *Fr.* Marci *P. 1. Dec. 419.* Illud ſolum largiar, ad *ſuperiorem*, qui *immediatus non ſit*, prorogari poſſe, (*l. 1. §. pen. d. appell.* Gratian. *Deciſ. 78. n. 31. & add. num. 1.*) ſi mediatus ipſe conniveat. Mynſing. *1. Obſ. 67.* Denique factâ *interruptione* prorogationis per cauſæ avocationem aut veniam *judicis*, in eodem ſtatu cauſa tranſit ad ordinarium; ſed ſi *partium* conſenſu, (*v. l. 11. pr. d. recept. arb.*) eadem ex integro agenda eſt. Mev. *3. Dec. 140.*

18. Sed an jus dicere quis poteſt *in cauſâ propria. vid.* Gaſtel. *Spec.*

Jur.

Jur. Univ. c.4. num.64. ſeqq. (& quomodo *Nobiles* hodie coram officialibus ſuis. *Dec. El. nov.38.39.* Carpz. *1. Reſp. 87. n. 22. ſeq.*) Poteſt ſanè & debet contra alium, etſi *ex eâdem cauſâ* ipſemet eidem ſit *obnoxius*, v. c. ex debito contra fidejuſſores, qui pro eo interceſſerunt. *Dav.* Mevius *5. Dec. 54.* Nec de eo dubium eſt, quòd *Locator* judex eſſe poſſit in cauſis conductoris aliis, quàm quæ contractum concernunt. *vid. tamen* Eund. *4. Deciſ. 246. & cum eo* Anton. Fabr. *ad Tit. C. Ne quis in ſuâ cauſ. def. 9.* Sed an in cauſâ *ſuorum?* Sic opinor: *Patrem* filio, *filiumque* patri in his quæ *voluntariæ* ſunt *jurisdictionis*, jus & poſſe dicere & debere. In his quæ *contentioſæ* ſunt, nec debere nec etiam poſſe. *Judex* autem in contentioſis privatis eſſe poteſt & debet filio Pater, ac viciſſim. *l. 77. d. judic.* Sed neutrum in *publicis*, ut Criminibus aliisque. Equidem nunc ferè ceſſat judicum illorum ratio, qui à Magiſtratibus diſtincti fuerant. * Itaque juxta hæc quæ dixi, *Pater Nobilis* jurisdictionem contentioſ. quæ feudo ſuo cohæret, in liberos ſuos non habet; *Modeſt.* Piſtor. *P. 4. q. 160.* verùm hi ſortiuntur cum Patre forum ſuperius. Carpzov. *IV. Conſt. 43. def. pen.* Qui tamen malè cum Schulteſ. *ad dict. Piſtor.* criminalia excipit. Nec enim paritas *Dignitatis* Nobilis ipſô jure ante latam ſententiam per crimen amittitur: ſuntque in Dignitate veteri *ſenatoriâ* multa, quæ ad Nobilitatem modernam, aut ad alias etiam Dignitates, fruſtrà applices. *Prehendere* autem filium poteſt Pater.

* & ceſſavit jam antè *per l. 2. C. d. pedan. Jud.* ut hactenus, quà Magiſtratus ipſi judicant, diſtinctio illa inter *judicare & jus dicere* non obtineat. Buſius *ad l. 10. ff. d. Juriſd.*

19. *Maritus* an in Uxorem, *Tutor* in pupillum Jurisdictionem exercere valeat, idem expedit Piſtoris *d. l.* Sanè *Vidua Tutrix* Vaſallo filio non ſubeſt, quoadusque nomine Tutorio Jurisdictione fungitur; nec *Dovaria* Principi regenti, eò quòd privilegiis Mariti ſui gaudeat. Non etiam *ConDominus* ConDomino, ne quidem *in Criminibus*, verùm cauſa ad ſuperiorem deferenda eſt: *arg. l. 47. d. Procur.* D. Richter. *2. Conſ. 436. junct.* Cævall. *qu. 161.* licèt *adminiſtrationem* diviſiſſent. *Jul.* Clar. *V. Rec.*

ſinè altero Jurisdictione defungi poteſt: quod aliàs non liceret. Speidel. *Notab.* Voc. Gemein. ** Ita ut *contraria præcipientibus* ſuperioris deciſum expectari debeat. Speid. *ibid.*

* Fluctuat Klock *1. conſ. 13. n. 57. 60. Diſſ.* Brunn. *ad l. 4. ff. de recept.*
** Quòd ſi plures fuerint judices, an tunc poſſit ab uno vel aliquib. expediri jurisdictio, *latè reſolvit* Carocius. *d. Tract. Exc. 2 2. quæſt. 28.*

20. Conceſſa alicui Jurisdictio *in Civitate*, conceſſa etiam cenſetur *in ſuburbiis*: Menoch. *Lib. 1. Arb. Qu. 99. num. 22.* & ſi modò vocum tenor patiatur, *in diſtrictu integro.* Beſold. *2. Conſ. 70. num. 19. ſeqq.* An autem Judex *extrà territorium* exiſtens *Jurisdictionem* in ſubditos ſuos exercere poſſit? Qu. Regulariter *Negandum* eſt. *Felician.* d. Oliva *p. 3. de Foro Eccleſ. qu. 2. Exceptiones* tamen non omnes quas habet ſunt de regula. Illam probo, quando *utrumque territorium ad eundem* pertinet: Nam ita etiam *Prætor* v. c. duarum diverſarum Jurisdictionum, *ſententiam à ſemetipſo* reſpectu unius territorii *latam*, *in alio*, tanquam Prætor iſtius loci, *exequi* valet. Secùs ſi non idem ſuſtineret illas duas Præfecturas, licèt ſub eodem Principe ſitas. *

* Non O. *l. 13. §. tempeſtivum. ad SC. Trebell.* Poteſt videl. ut alius, quod non poteſt ut ipſe: ceu loquitur *Carol.* de Mean. *Obſ. 450. ad Jus Leod.*

21. *Qualitas* petitionis & narrata *actoris*, non qualitas defenſionis Jurisdictionem fundat, dummodò de falſitate narratorum evidenter non conſtet. Mynſing. *1. O. 99. & 2. O. 9. Quantitas* verò Jurisdictionis, (licèt quoad intereſſe partium jurisdictionem ſuam ex conſenſu illarũ excedere valeat Judex; *Aphor. 16. h. &* Papon. *Lib. 7. tit. 7. arr. 32.*) adeò ſervanda eſt, ut nulla ſit ſententia, quæ ſuprà eam fertur, etiam quoad *ſummam congruam*, quæ majori illi ineſt. *arg. l. 27. ff. famil. erciſc.* Sed tamen limitatio illa jurisdictionis ad *incrementum* non trahitur, (h. e. ſi creverit pendente lite prætenſio:) niſi incrementum illud etiam à principio in petitione comprehenderetur, ut in actionibus hæreditariis. Mynſ. *3. Obſ. 100.* Non etiam reconventionis ſumma attenditur: non quòd ſingulæ ab eodem inſtitutæ actiones quantitatem exſuperent: non actionis illius quæ jure potiori

com-

competeret, ſed ſolùm inſtitutæ, non univerſus reditus ſed annorum ſingulorum; Denique ad portiones ſingulas in judiciis diviſoriis, etiam quòd tota res uni etiam adjudicari poſſit, reſpiciendum eſt: *ut rectè* Buſius *ad l.11. ff.d.Jurisd.*

22. *Feudo acquiſita* Jurisdictio non etiam ipſa per hoc feudalis ſit, ſed naturam allodii, ſi eam habuit, retinet. Moller. *Lib. 4. Sem. c.46.* An autem Jurisdictio quæ jure Imperialis feudi competit, nihilom. cum Teuritorio allodiali ad hæredes Territorii tranſeat, probè expendit Beſoldus *V. Conſ. 241.* & in affirmativam procedit. Quòd ſi jurisdictio cuipiam ſimpliciter *conceſſa* ſit à Principe, *licèt per contractum* aut *oneroſo titulo,* * non tamen *privativè* conceſſa eſſe intelligitur, nec *cumulativè*; ſed *ſubordinatè.* (Et malè illi, qui putant Principem conferre ſolùm *actum ſecundum* Nobilibus, *actum primum* ſibi eum retinere & jurisdictionem habere *virtualiter.* Nam ſi actum primum Jurisdictionis haberet, quòmodo virtualiter!) Idem dices quando *ſinè Territorio* quis jurisdictionem, eamq; *perpetuam* & in *ſucceſſores* tranſitoriam, *ad inſtar Patrimonialis*, habet. *vid.* Menoch. *2.præſumpt.18.n.22.*

* *Diſſ.* Mynſ. *6. Obſ.99.* Marqu. *L.3.c.6.n.18.ſeqq.d.Jur.Mercat.* Carpz. *2. Reſp.XI.n.9.ſeqq.* (ubi *in n.13.* etiam *Feudi* titulum pro oneroſo habet:) Quanquam plerique illi qui privativum defendunt, eadem admittant non minùs, quæ *ſubordinationem* inferunt. *vid.* Mev. *2. Dec. 306.* ubi de *affixione mandatorum Principis* in jurisd. Nobilium: item *Modeſt.* Piſtor. *P.2. qu.53.* ubi de *protr.& deneg.juſtitia*, atque de *avocatione* Franzk. *1.reſol.18* ubi de citatione in cauſis aliis quàm primæ inſtantiæ.

23. Quid jam ſi cuiquam caſtrum vel pagus *cum omnibus juribus & pertinentiis* conceſſus ſit, non factâ mentione jurisdictionis? Equidem conceſſa eſſe intelligitur *Jurisdictio*, ſed *ſimplex.v. D.*Richter.*3. Dec. 109.* * Si expreſſum, fuerit, mit denen Gerichten/ ** moribus noſtris voce ea, ut & Jurisdictionis, non minùs criminalis & ſuperior Jurisdictio venit. Meichſner. 2.

An autem ** eâ Jurisdictione Vaſallus aut Civitas in ipſos *Principis officiales* uti poſſit? qu. *Negat* Matth. Steph. *Lib. 2. cap. 2. d. Jurisd. part. 2. num. 81. ſeqq.* ita ut nec locus delict. nec contractûs ad fundandam Jurisdictionem attendatur. P. Heigius *P. 2. quæſt. 25. num. 13. conf.* Boer. *Deciſ. 9.* Ut neſciam, an probanda ſit diſtinctio Authoris *Reſponſ. Camer. nuper edit. Reſp. 44. num. 5.* quòd tunc quidem Civitas in Officialem ejusmodi ſuâ jurisdict. uti poſſit, quando is in propriis ſuis negotiis in urbe verſetur. Utique enim ratio juris & uſus non patitur, ut quoad ea quæ perſonalia ſunt, Miniſtri Principis eam Jurisdictionem ſubeant.

* *Diſſ.* Klock. *1. conſ. 45. num. 2.* qui *pertinentiarum* nomine Jurisdictionem caſtro adhærentem veuire tsadit.

** multoque màgis, mit allen Gerichten. Beſold. *6. Conſil. 270.* neq; ita tamen *Eccleſiaſtica* tranſit Jurisdictio: de qua alibi.

*** Bene *Paul.* Buſius *ad l. 1. d. Off. ej. cui mand. eſt jurisd.* Si Princeps merum Imperium *tanquam connexum* quoddam in illo feudo exercuerit, quod tunc per conceſſionem Jurisdictionis tranſiiſſe exiſtimetur; ſi *ſub univerſali cognitione* quâ Principatum ſuum, aliud dicendum ſit.

24\. Equidem cùm antehac nec negutivè *præſcriberetur* Jurisdictio, ut nempe quis contrà eam liber tempore fieret, nec poſitivè, ut quis in Magiſtratum è privato abiret; licèt quoad gradum, ut quis amplos magis ei terminos tempore quæreret: Tamen nunc * utique *longo tempore* adv. alium quàm ſuperiorem, *cum territorio*, ſed *absque eo* longiſſimo præſcribitur. *v. l. f. C. d. long. temp. præſcr.* Adverſus *Principem* verò ſeu *ſuperiorem immemoriali tempore* opus eſt. Thoming. *conſil. 22. num. 68. ſeqq.* id quod etiam largitur *Covarruvias*, ſi titulò careat præſcripturus, ſecùs ſolùm 40. annos deſiderat. *arg. c. 1. d. præſcript. in 6.* Quanquam verò Engelius *Part. 3. Jur. Can. Lib. 5. T. 4. num. 25.* jurisdictionem rebus illis Principalibus accenſeri velit, quæ ſub ſpeciem Præſcriptionis quadragenariæ *ſinè titulo* cadere poſſunt; tamen idipſum per hoc quòd Jurisdictio in patrimonio privatorum eſſe poſſit, nec induſtriam perſonæ deſideret, non conficitur. Utique indefinita Jurisdictionis poſſeſſio fundatam facit intentionem quà omnes actus jurisdictionales. Mev. *7. Dec. 34. & 270.*

Sed

Sed ab uno gradu ad ulterum, ſi in poſſeſſione ſit alius, inferre non licet. Klock. *1. conſ. 29. num. 631. conf.* Ludov. Poſth. *Obſ. 18. 31. 73.* ubi de probanda Juriſd. quaſi poſſeſſione & quòd ex delatione Appellationum *ſuperioritas* argui poſſit. *d. Obſ. 31. d. Manut. n. 36.* quam etiam in diſtinctâ Juriſdictione penes eum eſſe, conſtat regulariter, qui *Juriſdictionem Civilem* habet, ut nimirùm *Dominus Territorii*, habeatur, non qui *Criminalem*; ſiqridem hoc eſt Dominium ſolùm ſecundùm quid in caſu delict. non ſimpliciter *vid.* Roſenthal. *c. 6. d. Feud. concluſ. 57. num. 10. contrà quàm* Knichenj *d. Jure Territ. c. 3. num. 272. ſeq.*

* ubi *Patrimonialis* eſt, adeò ut in pignus capi & in ſolutum dari poſſit. Salgando *p. 3. Labus r. Credit. c. 4. n. 68.*

FINIS.

Corollaria à Reſpondente adjecta.

EX JURE PRIVATO.

I.

Rectè omninò ab Arn. Vinnio *in Comment. ad §. 39. theſaurus J. de Rer. divis. n. 4.* Ludvvello *in Comment. ad Parat. Weſenb. de Acq. Rer. dom. n. 8. p. 660.* & Biccio *in Aur. p. 208. lit. p.* antinomia quæ inter *d. §. 39.* & *l. 3. §. pen. de jure fiſci* intercedere videtur, adhibita diſtinctione, inter loca religioſa privata *d. §. 39.* & publica *d. l. 3. §. pen.* ſolvitur, ne quicquam idoneè contradicente Wiſenbachio *ad Inſt. D. X. th. 30. & ad π. part. 2. D. XIIX. th. 12.* Dari enim loca ſacra vel religioſa ...

quo loca iſta ſunt, aliquatenus ſpectare, colligitur ex *l.5. ſeq. de relig. & ſumpt. & l.24. de contrab. empt.*

II. Hodie poſt *Nov. 115.* liberos, ad excludendam inofficioſi querelam, neceſſariò in ipſa legitima inſtituendos vel exheredandos eſſe, communi Dd. calculo recepta ſententia eſt; quam tamen ex *d. Nov.* ſi modo velimus ἀκριβολογεῖν, probari non poſſe, ſubtiliter oſtendit JCtus (ſummi Couringii elogio *de orig. Jur. Germ. c.20. p.11.*) hodie nemini ſecundus Dn. Strauch. *Exerc. IV. ad 50. deciſ. c. III. n.6. ſeqq.*

III. In controveoſia inter *Azonem* & *Lotharium* JCtos agitata, an magiſtratûs, quibus ex ſpeciali conceſſione merum imperium concreditum eſt, illud proprietate & dominio, an ſaltem uſu & exercitio habeant, electum arbitrum *Henricum* V. Imperatorem, pro *Lothario* pronuntiaſſe referunt Wiſſenb. *p.1. D.VI. ad ff. th. 18.* Schnobel. *D. II. ad ff. th.4.* Verſtegen *in Diſſert. d. mixt. & mer. Imp. th. 28.* aliiq; ab illis citati; quanquam huic ſententiæ refragari videatur, quòd *Azo* juxta epitaphium à Forſtero *in Hiſt. Jur. civil.* exhibitum ann. 1200. vel, ut aliis placet, an. 1203. mortuus ſit; *Henricus V.* autem referente Petavio *p.1. Ration. temp. libr. IIX. c.20.* longè ultra dimidium ſeculum ante *Azonis* obitum rebus humanis exemptus fuerit: niſi forte, *Henricum Friderici I.* filium, quem Petavius aliiq; qui *Henricum* vulgo Aucupem dictum, Imperatorum numero inſerunt, (rectè an ſecus non diſputo vid Conring. *de Germ. Imp. Rom. c.9.*) ſexti nomine compellare ſolent, viros doctiſſimos reſpexiſſe dicas. A quibus tamen longè diverſus eſt Arn Vinnius *de Jurisd. c.IV. in pr.* quando hanc quæſtionem coram *Henrico Lucenburgenſi* Imp. *Frid. II.* filio agitatam fuiſſe refert; cui ſuffragatur B. Sutholt. *in Diſſert. de Jurisd. aph. 401.* ſaltem quòd *Luzenburgenſis* appellationē

omit-

omittat, aliter atq; Bronchorſt *1. antinom. 15.* qui diſertè *Henrici Luzelbergenſis* meminit. Quam difficultatem, noſtra quidem ſententia, nemo rectius expediverit, quàm, qui ſeriem *Fridericorum*, quibus vel qualecunq; jus ad auguſtum Imperii decus, competiiſſe videri poterat, curatius inſpexerit: nam *Fridericum II.* Imperatorem (non enim de *Frid. I.* ſed de *Frid. II.* filio loqvuntur) ſeculi XIII. anno XI. quo tempore *Azo* jam mortuus fuit, electum fuiſſe ex Urſpergenſi notat Petavius *lib. IX. c. 1.* unde multo minus filius ejus *Henricus* litem iſtam decidiſſe poteſt, eoq; ipſo nec cæteris *Fridericis* illorumq; filiis, qui ſeculo XIV. & XV. vixerunt, hanc relationem, aptari poſſe oſtenditur. Unde ergo, inquies, erroris hujus origo? Dicam, *Henricus VI.* patrem *Fridericum I.* filium autẽ *Frid. II.* nactus eſt, quos, cùm à ſe invicem non probè diſtinguerent modo citati Auctores, factum eſt, ut omnia manifeſta confuſione permiſcerentur. Illud verò, quando coram Imperatore *Henrico Luzelburgenſi*, hanc controverſiã agitatam fuiſſe ſcribant, quî excuſem, non invenio: cùm iſtum quidem ſeculo XIV. Imperio præfuiſſe, apud omnes in confeſſo ſit. vid. Petav. *lib. IX. Rat. temp. c 5.* Rupertus *Hiſt. Univerſ. pag. 699.* Cæterum, quid de ipſa quæſtione ſentiamus, in conflictu dicemus.

IV. Licet ſtatuto, majores quàm quincunces uſuræ in Imp. permiſſæ ſint, ſi tamen cauſa, ex tali loco ad Camerẽ devolvatur, majores, quàm 5 de 100. non adjudicantur, uti hanc in rem præjudicia recentia, annotavit Ludolph. Hugo *de Statu Region. Germ. c. III. §. 21. lit. 1.* Unde quando

ubique, præſertim apud Pragmaticos, inculcari videas: quod tamẽ dicterium (ut alia plura ejus commatis) falſum, & ex prava interpretatione *l.3. §.22. ad SC. Syllan.* natum eſſe, oſtendit D. Tabor. *in Armam. p. 214.* jung. Carpz. *Jurispr. for. 3, 22. 9. n. 6.*

Ex Jure Publico.

VI. Qui de Jure Publico Romano-Germanico hactenus commentati ſunt, duos tantum collectandi modos in Imperio noſtro uſitatos, illum ſcil. qui juxta denarium communem, & qui ſecundum expeditionem Romanam fieri conſuevit, enumerarunt; à quo tamen utroq; modo diverſam eſſe rationem contribuendi ad ſuſtentationem Cameræ, atq; adeo ſub neutro comprehendi, merito animadvertit Vir ſummus Dn. Ericus Mauritius. *in Diſſert. de matricul. th. 27.*

VII. Mirari ſubit, cur ſublimis ille JCtus Herm. Vultejus *lib. 1. de Feud. cap. 4. in fin. & cap. 5. n. 6.* regalia propriê penes ſolum Imperatorem eſſe aſſerat, indeq; aliis Regibus quantumvis nullum in ſuis terris ſuperiorẽ recognoſcentibus, poteſtatem creandi Duces, Marchiones & Comites, abjudicet, reprehenſus eo nomine à Sutholto *de Jurisd. aph. 23.* & alibi tamen, idem Vultejus omnibus in Imperio Romano Principibus, nobilitandi poteſtatem adſcribat *lib. 1. de Feud. c. 8. n. 21.*

IIX. Duces, Marchiones, Comites ſunt, qui de Ducatu Marchia, Comitatu inveſtiti ſunt; ex definitione compilatoris in *2. f. 10.* quam, licet pleriq; Juris Publici ſcriptores amplectantur, moribus tamen Germania aptari non poſſe, vel exinde ſatis conſtat, quòd multi in Imp. Principes & Comites, ad hanc dignitatem ab Imperatoribus evecti, feudis Imperialibus omnino deſtituantur. Et fallor, annon feuda ſolaria, vulgo Sonnenlehn (de quibus poſt, Magnif. Dn. Præſid. *de Gravam. Extrajud. pag. 437.* vid. Schop. *de Allod. cap. primum* ubi ejusmodi feudorum exempla) eò quòd à nemine niſi à ſole, quem Deum referre majores noſtri credebant, recognoſcantur, appella-

lata, huc referri poſſint debeantve? Sed de his omnibus copioſè pariter atque eruditè, ut ſolet, diſſeruit JCtus doctiſſimus Dn. Eibenius *in Electis Feudal. c. VI. §. 6. ſeqq. p. 94-p. 99. & c. IX. §. 6. ſeqq. p. 187.*

IX. Superioritas territorialis, nomine *jurisdictionis* à nonnullis Juris Publici ſcriptorib. minus accuratè inſignitur. Illa enim ſuperioritas & *Jurisdictio*, utut ſuperior, multis modis differunt, ut ab una ad alteram argumentari non liceat; uti rectè animadvertit, Philippus Haſſiæ Landgravius apud D. Strauch. in *Differt. Exot. XII. th. 8.* niſi forte *Jurisdictionem* accipias pro omni regendæ Reip. poteſtate (quam vocis acceptionem veteri ævo nunquam in uſu fuiſſe ſed demum ab Accurſio ejusque ſectatoribus repertam monet Dn. Conring. ad Lampad. *P. 1. §. 1, de Rep. Rom. Germ.* vid. tamen Seneca *lib. 1. de clement. c. 1.*) quamvis & hanc ſententiam multis erroribus opportunam, haud immeritò dixeris; quando nonnulli, hac occaſione arrepta, merum Imperium & jurisdictionem cum Regalibus, ſuperioritate territoriali & ſummo Imperio, (quæ tamen omnia diverſiſſima ſunt, uti poſt Vinniū *de Jurisd. c. 4.* oſtendit Mev. *P. VI. Deciſ. 252.*) confundere cœperunt.

Ex Jure Feudali.

X. De feudi eſſentialibus, naturalibus & accidentalibus, elegans & variè tamen impedita diſquiſitio eſt apud Feudal. placitorum interpretes, quando ab illis non modo fides, ſed & res immobilis & dominiam utile, ſubſtantialibus feudi partibus accenſetur; cùm tamen feuda, utut impropria, etiam in re mobili, & absq; dominso utili, licet nō absq; lege fidei reperiri conſtet. Sanè quæ ad ſubſtantiam emptionis redditionis pertinent, v. c. mex & pretium, ne quidem pactis ſalvo eod. negotio immutari poſſunt. Quæ difficultas *Bocerum* aliosque, mirè torſit. Sed fallor, an haud paulo felicius, nodus iſte unica diſtinctione, ac Magnif. Dno. Præſide, cùm ad *Jura Feudorum* publicè commentaretur, ſuppeditata, expediri poſſit?

XI. Feuda *regalia* cum *vexilliferis* vulgo confundi ſolent, quæ tamen abs ſe invicem probè diſtingui par erat: *Vexillifera* enim, uti

XII. Mannlehn non idem protinus eſſe ac feudum maſculinum, idoneis ſcriptorum teſtimoniis oſtendit D. Eyben *in Elect. Feudal. p. 175. & p. 216.*

Ex Jure Canonico.

XIII. Concubi natus permiſſus, an vetitus jure Canonico ſit, non eſt in expedito; multa enim & inſignia argumenta ſunt, quæ ajentem pariter atque negantem ſententiam fulcire videntur.. Quare & Fr. Hotom. *de ſpur. & legit. c. ult. p. 502. c. 4. & 5. diſt. 34.* apertisſime cum *c. 9. C. XXXII. q. 4.* pugnare arbitratur. Quod ſi tamen illos canones, qui omnem concubinatum eliminaſſe videntur, molliorem admittere interpretationem, dixerimus, forte, à veritate alieni nihil dixerimus.

XIV. Pontifex *in c. ult. X. de præſcript.* fidem Chriſtianam, cum bona fide quæ in uſucapione requiritur, manifeſte confundit.

Ex Jure Naturæ.

XV. Non pugnat cum Jure Naturæ aſſertio, JCti *in l. 16. §. 4. de minor (jung. l. 22. §. 3. locat)* quando *in emptione venditione naturaliter contrahentibus ſe circumvenire licere*, pronunciat, uti prolixe oſtendit JCtus ſeculi noſtri celeberrimus Magnif. Dn. Struv. *Synt Jur. Civ. Ex. XXIII. 19.* & Samuel Pufendorf. *de J. N. & G. V. III. 10.* Neque enim quod *licet*, honeſtum ſemper piumq; ex omni parte eſt, qua de re Grotius *III. 4. 2. de J. B. & P.* neque ex eo, quod *naturaliter* id licere dicitur, Naturali quoq; juri id conveniens eſſe, rectius quis oſtenderit, quàm ſi ex *l. 9. §. 7. ff. de pecul.* (nam & ibi vox *naturaliter* occurrit) cum Hortenſio, Ungepavero aliisque, licitã eſſe αὐτοχειρίαν, conetur evincere. Quare ut Jacobo Gothofredo *in Comm. ad l. 144. de R. J. p. 602.* hanc circumventionem non licitam modo, ſed & honeſtã eſſe, aſſerenti, ſubſcriberem, hactenus à me impetrare non potui.

XVI. Quamvis obſidum obligatio, non aliunde expeditius, quàm ex ipſis conventionum formulis, dijudicari poſſit; illos tamen, qui vel ſponte ſua ſe obligarunt, vel à civitate vel Principe obſides dati ſunt, etiam ubi nihil convenit, ſecus atque Grotio de *J. B. & P. III. 20. 84.* viſum fuit, ad id, ne fugiant, obligatos eſſe crediderim; niſi vel ſingulares intercurrant circumſtantiæ, ex qualibus rationibus Pufendorfius *in Diſſertat. Academ. p. 127. & 128.* Philippum fugam odornantem obſidis vinculo liberum pronuntiat; vel conditio ſub qua obſes datus eſt, deficiat: quò referri poteſt elegans exemplum conſignatum à Magnif. D. Schiltero *de Jure obſid. cap. VII. n. 10. p. 40. & 44. ſeqq.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE